Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Confirmacio excedit racione ~~dignitatis~~ conferentis
qz a solis Epis confertur sic etiam sacer ordo Matri-
moniu excedit rone significacionis qz significat
coniunccionem xpi ad ecclesiam p vnione diuine et huane
nature vt patz j. Maior in effectu baptismus corpus messo
Coniugiu signo et manus crisma ministro —

Antique legis · sicut fuerunt — Que fuerunt sacra veteris legis
primicie decimaciones oblaciones sacrificia agni pascalis
et circumcisio Illa tunc erant de precepto et in remediu
culpe originalis ac in signu et figuracionem future re-
dempcionis nostre necnon debite recognicionis et dominij — De circumcisione et quo
vniuersalis ipsius creatoris Unde nondu cessat in circumci- — in eius locum successit
sionis locu successit baptismus sicut enim olim lex mo- — baptismus
saica clamabat anima cuius preputy caro circumcisa non
fuit peribit de populo suo Ita nunc vox intonat euangelica
nisi quis renatus fuit ex aqua et spiritu sancto non
intrabit in regnu dei Sublata est enim circumcisio
postquam euangelium de baptismo fuit per apostolos p-
dicatum publicatum tunc enim fuit mortua et mor-
tifera illis maxime qui spem salutis posuerunt
in circumcisione iuxta doctrinam apostoli Ad Gala v Si — Quid sit circumcisio
circumcidimini xpus nichil vobis prodest Est autem circumcisio — quare et ad quid
quedam sacramentalis circa membru vile pellis facta — fuit instituta
abscisio Et ideo fit in illo membro ut denotetur
ablucio et mortificacio peccati originalis quod infun-
ditur per illud membrum Et fuit data abrahe p sua
stirpe tamen ante legem et sub lege filys israel tamen
et ceteris omnibus ante aduentum xpi ad purgacionem
peccati originalis ad distinccionem populi dei et probacionem
fidei Sed quod fuerat remediu peccati originalis ante — In circumcisione p quid
circumcisionem tempore legis nature certe sufficit fidei actus — delebatur peccatum origi-
nalis